

IOANNES Despauterius Niniuita, Ioāni Lau-
rentio Hasebroucano, musico nobili, atq; inge-
nuarum artium professori perdocto, &
suo amico primario. S. P. D.

Primū artis versificatorix nostræ librū, tibi mi Ioan-
nes Laurenti, meorum amicorū prime, ob maxima
tua mihi collata beneficia, nuncupo. eo quidē animo,
vt ipsum totis viribus cōtra amulos blaterones ma-
leferiatos defendas, vna cum amico cōmuni Eusta-
thio Scoto, homine illo tacite doctissimo, cui vel nocte intempesta
patent musarū ianux, Clamāt indocti hoies, rem me indignā fecis-
se, q̄ repudiato Alexandri Galli doctrinali, voluerim senem illum
de ponte (vt aiunt) deijcere. Vociferātur me esse nouitatis fatuæ ex-
cogitatorē, vt qui contra ecclesiæ vsū plurima puerissimæ doceā
decani, canonici, officiales, episcopi ita canūt & legunt (inquit istī)
vt Alexāder precepit, & audes profiteri te his doctiorem? Qui hæc
in me abducto supcilio clamitant, indoctissimi sunt. Nempe in quē
cunq; auctorē veterē inciderint, non magis intelligunt q̄ rudimēta
rius puer Vergiliū. Volūt iuricōsulti dici, & necdū scirent digesterū
proxiū grāmāte declarare. Poetas vituperant, & ignorāt Ho-
merū ab Iustiniano, oīs virtutis & sciētię parentē, appellari. Peripa-
teticos se vocant, & quid nomē id sibi velit, penitus nesciūt, Aristo-
tele putāt se sophistæ isti vesani, doctiores, q̄ longius absunt ab Ari-
stotele, q̄ a philomelis passeris. hi solis nugis incūbunt. Ille et rheto-
ricā & poeticē nō mō cognouit, sed etiā de vtraq; libros elegātissime
cōposuit. Philosophi Bætio acutiores videri volūt, & sexagenarij
primū illius carmē sine cōmentarijs declarare nequeūt, reliqua nisi
vt carmia scripta forēt, carmia esse nescirēt. stultissim⁹ essem si horū
ineptias persequi vellem. Decani sunt, Canonici sunt, Animarū pa-
stores sunt, Iuriconsulti sunt, theologi sunt, nunquid continuo do-
ctissimi: Esto, nōne hoc ipsum de cerdonibus, sutoribus, lanijis, cau-
ponibus, parasitis, tibicinibus, ceterisq; vilissimis homunculis recte
dixeris: Nempe alicuius rei doctissimi sunt, sed linguæ latinæ igna-
rissimi. his si placeat vellem, glossam notabilem in Alexādrum, aut
Græcismū, aut Facetum legerem. sic haberent similes labra lactucas.
notum est asinos stramina malle q̄ aurum, verum non tanti est ne-
bulonibus placere, vt a musis ad barbariē velim vnq; deficere. Va-
leat itaq; cum sua inscitia vitilitigatores, reprehendant scripta mea,
vt libet, non pilifacio, dum intelligam me doctis placere, Omnes

homines ab Iustiniano
laudat

Sophistæ.

quod non Multa dies et multa litura coercuit atque Perfectum decies non
 castigauit ad vnguem. ideo dixisse Verg. versus facere uti factum effingit
 versus. Versus per versus sumitur figurate, ut miles per militibus, Catullus
 ad Flauium. Volo te ac tuos amores, Ad celum lepido vocare versus Tu-
 bul. li. iij. Aeterno sed erunt tibi magna volumina versus Sil. xij. Hic ca- Metrum.
 net illustri primus bella Itala versus i. versibus seu carmine. Greco nomine
 versus appellatur metrum, quia certis mensuris dimensum est. metrum. i. mensura.
 Diomedes metrum est pedum iunctura, numero modoque finita, & quia per me-
 tra versus metimur, vult Maelius Theodorus ipsos quoque versus metra
 appellari. id nomen apud grammaticos omnes in frequentissimo usu est.
 apud alios scriptores raro inuentum, vnde in Alexandrum dixit Badius
 Vix audeam dicere compositum quousque bona metra, sed carmina bono
 metro, ideo Hubertinus clericus in epistolam Cicero ad Lentulum lib. i. dicit
 hoc nomen sicubi legatur, causa declarationis locari. verum ego tam sepe
 hoc nomen offendi, ut non penitus refugiendum putem. Quinti. li. i. de in-
 stit. Orat. Euenit ut metri quoque conditione mutet accentum. Idem. Poe-
 tas metri necessitas excusat. Macrobius de somno Scipionis lib. ij. Metra
 canoris versus sibus adhibeantur. Plinius iunior ad Ponticum suum. Probauerunt
 inde plura metra. Gellius li. iij. ca. xvij. Et metrum esse integrum potest.
 Hieronymus in prologo Iob. Quod si cui videtur incredulum metra. scilicet esse apud
 hebraeos &c. Vitruuius omnibus iam dictis antiquior, scripsit enim libros
 suos ad Iulium Caesarem, is inquit in praefatione quinti libri ait. Poematum vero
 carminum metra, ac pedes, ac verborum elegans dispositio &c. Martia-
 lis. li. iij. epigram. Quum sis improbius Masiliane. Quaeque compositos in me-
 tro Tibulli, In stellae recitat domo libellos. i. mensura & compositio
 Tibulli amatorios. scilicet quales fecit Tibullus. Colu. li. iij. c. io. Exceptis
 quae retulimus metrum Virgilij, Ausonii ad Iulium suum. Primum nouorum me-
 tra incepisti pedum. Sidonius in praefatione laudum Narbonis. Misisti & tripli-
 cis metrum trochei. Et alibi, dum metro quatitur chorda glyconico, Poli-
 tianus (in libello cui Panepistemum nomen) metra primogenia, quae mi-
 nime nunc a versus sibus distinguimus, nouerunt. sic Terentianus, Rufi-
 nus, Diomedes, Seruius, Scaurus, Silena & ceteri grammatici, magister tamen
 poeticum est carmen, versus. carmen &c. Item modi & numeri, sed fere plerumque per versus
 quia metrum est pedum iunctura, numero modoque finita. Verg. numeros memini
 si verbatenerent. Oui. Quaeque meos adeas est via nulli modis. Numeri
 propterea (quos rhythmos graeci dicunt) sunt certoque pedum observatio, apud
 oratores ac alios elegantes scriptores, praesertim in finibus clausularum
 sed et alibi quoque, ut inuenies declaratum ab enarratoribus rhetoricorum
 Cicero. atque etiam ab ipso Cicerone, Quintilianoque. Ceterae Prosa.
 orationes solutae dicuntur & prosae, quia metri lege praesertim solutae,

Pes.

libere & spaciose prouit, ut est quidam sermo. **DE PEDIBUS.**
Pes est metrica syllabarum constitutio, ut de⁹. Vnica syllaba
 pes esse nequit, nec plures quam sex. dicti sunt pedes, quia quem
 admodum pedibus ambulamus, ita & versus quibusdam
 quasi pedibus incedere videtur. ad quod videtur respexisse Virg. in i.
 Geor. dicens. Ferte simul Faunisque pedem Driadesque puellæ. Vel dicitur
 pedes, quia illis eo modo versus metimur, quo nos pedibus spacia
 Pedes simplices sunt duodecim, Dissyllabi quidem quattuor, Trissyl-
 labi octo, reliqui compositi sunt, sed non omnes nobis in hoc libro ne-
 cessarii sunt, ideo multos omitteremus, ad alia properantes, ab alijs non
 sine magna neoterico iactura, omissa. Qui plures pedes videtur cu-
 pit, legat grammaticam Francisci Nigri, aut Nicolai Feretti.

Ferettus.

Dissyllabi pedes.

¶ Spondeus ex duabus longis, ut dotes, a sponde. i. libamentum & sa-
 crificium, quia sacrificantes eo frequenter utebantur, ideo etiam pon-
 tificius dicitur & pes stabilis, quia cum magna grauitate pronuntiatur.

¶ Pyrrhicius ex duabus breuib⁹, ut deus, a pyrrhica saltatione quam
 Pyrrhus primus in Creta instituit, ut li. viij. scribit Strabo. leuiter pro-
 nuntiatur, ideo saltationi aptissimus. alij a concitatione quadam ignea
 qua mouetur, hunc pedem dictum volunt. De pyrrhica saltatione
 quæ pyrrhice dicitur. Suetonio in Cæsare. Pyrrhice saltauerunt Asiae
 Bithyniaque principum ludis. dicitur etiam Periambus.

¶ Trochæus ex longa & breui, ut panis. a trechin. i. a currendo, vel
 a trocho. i. rota, quia in se rotatur ac volubiliter fluit, dicitur etiam
 Rutulus & Choræus.

¶ Iambus ex breui & longa, ut doces, ab iambiz. i. a maledicendo. Est enim pes versus maledicis aptissimus
 Alij a iambe puella deducunt. Appellatur quoque Daunius & Gradarius.

Pedes Trissyllabi.

Molossus ex tribus longis, ut Mecenas. cuius modulatione ad bel-
 lum procedentes Molossi Epirotæ dicuntur vsi, hinc molossus ap-
 pellari grammatici asserunt, Hippus dicitur quia equestri pugna conue-
 niebat. hippos enim equus est. Vocatur quoque, ut Niger ait, Vertunus
 & Extēsipēs & Canius.

¶ Tribrachus ex tribus breuib⁹, ut dominus. a tris. i. tres, & brachys. id est breuis. Calepinus dicit in tri-
 brachus mediā corripit. Rufinus apud Priscianum, Vltimus Amphib-
 rachus velociter claudit Iambum. Tortellius putat apud idoneos sem-
 per produci. Ausonius ad Theonem. Ut claudat choriambum am-
 phibrachus. phaleucius est.

¶ Dactylus ex longa & duabus breuib⁹, ut scribite, a dactylis. i. digitis, vel a Dactylis Cretæ popu-

Verificatio Liber
 pedes
 dotes
 panis
 deus
 trocho
 iambus
 molossus
 tribrachus
 dactylus

lis, q̄ hoc pede plurimū vsi dicūtur, Dicit̄ etiā Politicus & Heroicus.

¶ Anapestus ex duabus breuibus & longa, vt pietas. ab anapin. i. reperiēdo, quia sono reciproco recurrendo dactylū reperiit, ob eam rem antidactylus appellatus.

¶ Bacchius ex breui & duabus longis, vt honestas, sic dictus quia in Bacchi laudibus eo vtebatur. producit aut̄ hoc nomē penultimā. Rufinus. At finis Bacchius erit breuis vltima claudet. Idem. Principiū Bacchius erit, concludet lambus. appellatur quoq; Oenotrius, Tripudius & saltans.

¶ Antibacchius sine palimbachi⁹ est pes bacchio cōtrarius, ex duabus longis & tertia breui, vt audite, ab anti. i. cōtra & palin. i. rursus vel contra. dicit̄ quoq; latinus Saturnius, Propōticus & Theseus.

¶ Amphimacer vel amphimacrus, vtrunq; recte dicit̄ teste Nestore, pes est constās breui inter duas longas, vt trinitas, charitas, literę. ab amphi. i. circū & macros. i. longus, quia breuē circa longas habet. Dicitur etiā Creticus, quia Cretes saltādo eius rhithmica cōpositiōe vtebantur.

¶ Amphibrachus fit ex longa inter duas breues, vt venite. ab amphi. i. circū, & brachys. i. breuis, q̄a circū breues est longa, Dicit̄ etiā Scolius, q̄a scolio q̄ erat cytharæ spēs, cōueniebat.

Reliqui pedes.

Reliqui pedes compositi sunt ex simplicibus.

¶ Dispondæus ex spondæis duobus, vt Meccenates, Proceleumaticus ex duobus Pyrrhicis, vt ariete. a proceleuin dicit̄. i. exhortari & suadere, quia ij qui se ad aliquod opus faciendū, ad molem impellendā vel attollendam hortātur, frequēter ob nimiam celeritatē syllabas; hoc pede vtū Celeuma.

tur, hinc celeuma est nautic⁹ clamor quo proreta. i. custos & guber Proreta. nator, in nauis prora, remiges hortatur, Martial. Lentos tingitis ad celeuma remos, Hiero. ad Heliod. Qm̄ e scopulis enauigauit oratio iā epilogi celeuma cātandū est In Hieremia. Celeuma quasi calcantiū concinet̄ aduersus oēs habitatores terre.

¶ Dichoræus ex duobus choræis. i. trochæis, vt cantilena. Trochæus aut̄ vocat̄ choræus quia choris aptissimus est.

¶ Choriambus ex Choræo & lambo, vt nobilitas, huic cōtrarius est Antipæstus, vt legebamus.

¶ Pæon syllabis quattuor cōstat, quarū vnica semper longa est vel prima & Pæon primus dicit̄, vt multiuolus. Vel secunda, & Pæon secūsus appellat̄, vt colonia. Vel tertia & Pæon tertius vocatur, vt veniatis. Vel quarta, & Pæon quart⁹ dicit̄, vt celeritas. dicitur Pæon a Pæone inuētore. aut quia laudes Apollinis hoc pede cantabantur, qui Pæan dicitur.

¶ Epitritus similiter quadrupliciter est, hic sp̄ vnica habet breuem, vel primā, & Epitritus primus dicit̄, vt amauerunt. vel secundā & Epitritus secūsus est, vt cantilenæ. Vel tertiā

minum vitia &c. vnde Heroicum dicitur quum heroum gesta eo genere describuntur. Quum aliæ res hexametris exarantur licet hædem maneant pedes, heroicum proprie non dicitur. Pythium appellatur, quia Pythij Appollinis oracula hexametris dabatur, Homericum ab Homero nūcupatur, quia Res geste regumq; ducūq; & tristitia bella. Quo scribi debent numero monstrauit Homerus. Hexameter versus latine senarius nominatur, Epos etiā hoc genus vocatur, sed videamus quomodo pedes licet admitti inueniatur.

Pedes nothi siue illegittimi.

**Hæc te legitime docui, nam sæpe poetæ
Ipsa minus seruant, tu quanta licentia cautus
Est permissa vide; nequando turpiter erres.
Nanq; rei grauitas, quinta in regione locauit
Spondæum, veluti magnū Iouis incrementum
Datq; pedes alios Maro. tu puer elige legem.**

Heroici versus pedes legitimi. i. ex carminis lege debiti sunt, Dactylus & Spondæus. admittuntur tamen nothi. i. illegittimi per poeticam licentiam, quam cauebis, quia rara occurrit, nec nisi in magnis operibus eorū poetarū qui extra oem inuidiæ aleam positi sunt. Poete itaq; in quinta regione sæpe spondæū locant, vbi rei grauitas & maiestas significatur, aut mœror & languor, tamē id raro est faciendum nec vnq; in epigramate. Verg. Chara deum soboles magnū Iouis incrementū. Idem. Cornua velatarū obuertimus antennarū. Idem. Tu ne ille æneas quē Dardanio Anchisæ. & li. iij. æne. Armaturq; auro circūspicit Oriona. Et iterū. ij. ænei. de Sinone maximā tristitiam languorēq; simulante. Constitit atq; oculis Phrygia agmina circūspexit, vbi etiā bis vsus est synalcepha, vt viuacius languor ille representaret. Siliā in Lucretio, Ouidio, ceterisq; reperies, sed ferme Dactylus tū quartū locū sibi vëdicat. Addā vnū ex Proptij li. ij. Sunt apud infernos tot milia formosarū. Pulchra sit in superis scilicet vna locis rarissime sunt sex spondæi. Ennius (vt est apud Crinitū li. xxij. ca. vij) Ciues Romani tūc facti sunt Cāpani. hi versus spondæici dicuntur Quinq; sexto loco est dactylus sed vix nisi hypermeter locū habeat. Vergi. Attuba terribilē sonitū procul excitat horrida, ob eam rem tales versus dactylici appellantur. ¶ Reperiuntur & alij pedes in diuersis locis hexametri, qui sunt Iambus, Anapæstus, Proceleumaticus nisi cæsurae licentiam esse velis. Tu licentiam cauebis nisi iam tantus fueris, quanti hi apud quos ea licentia reperitur, & tum

Ioannis Despauterij, Niuiuitæ.

ita caute, & ita parce licentia vteris, vt veteres. afferā e diuersis aucto-
rib⁹ nōnullos vsus. in qbus nothi pedes sunt, id aut̄ preceptor me-
dio critter doctus facile declarabit. Ex Vergilio hos vsus annotauit.

Liminaq; laurusq; dei, totusq; moueri.
Dona de hinc auro grauiā, sectoq; elephanto.
Muneribus tibi pampineo grauidus autumnno.
Floret ager. ¶ Versus etiam spondaicus est.
Mortem contemnunt, laudato vulnere Getæ.
Fluuiorum rex Eridanus camposq; per omnes.
Addidit & natæ Turniq; canit hymenæos.
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Tityre pascentes a flumine reice capellas.
Genua labant vastos quatit, æger anhelitus artus.

¶ Inuenio similia apud alios, Sil. lib. vi.
Cætera sinuatis glomerant sub pectore gyris. Et lib. vii.
Ducit sinuato captiuum ad littora lino. Lucret. lib. iiii.
Aciebus binis quoniā res confit vtraq; Silli. lib. i.
Genua labant, fessiq; humeri gestamina laxant. Et lib. iiii.
Tenuia vix summo, vestigia puluere laxant. Colu. lib. xi.
Talis humus vel parietibus, vel sepibus hirtis

Claudatur. ¶ Notabis aut̄ documentū Seruianū, in illud Verg. i Ge-
or. Tenuia nec lanæ per cœlū vellera ferri, vbi ait Seruius Procelei-
maticus pro dactylo, quā rem quotiescunq; facit Vergilius, seruat
locū syneresi, vt in. ij. ænei. Sectaq; intexūt abiete costas. In eodem,
labat ariete crebro. & iterū in eodē. Hærent parietibus scalæ. Synere-
sis est duarū syllabarū in vnā propter versum cōtractio sic, tenuia
fit dactyl⁹ sic ariete q̄si u vel i vocalis fiat cōsonās, sic in Sillio excu-
sari possunt, sinuatur & sinuatis, id manifestū est apd̄ Papinium in.
xij. Theb. Ortus & instantem cornu tenuiore videbat Luna diem.
Et apud Propertū lib. iij. Induit abięgnæ cornua falsa boui.

Vltima versus anceps.

Vltima cuiusq; est communis syllaba versus,
Ne credas esse in sexta regione Trochæum

Vltia syllaba cuiuscūq; versus est anceps, i. cōmunis siue ad placitū,
vnde ait Rufin⁹. At finis Bacchius erit, breuis vltima claudet. Lon-
ga sit an ne breuis nullum discrimen habetur. Idem docent Quinti-
lianus & Cicero, & nos sæpe id ostendemus, ideo licet vltima hexa-
metri videatur breuis non est trochæus. Vergi. Si quis habet num-
mos veniens exhibit inanis.

Syneresis.

Verificatio

Penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

penitimen

Pentemimeris cum alijs cæsuris.

Per pentemimerim brevis est producta licenter.

Pentemimeris est vbi post duos pedes manet syllaba partē orationis finies, veluti, Omnia vincit amor, hic post duos pedes omnia, vincita, manet syllaba mor, finiens hanc orationis partem amor. Cuiusmodi syllaba inuenitur licetèr produci si naturaliter sit brevis, ne dicat tertio loco esse Iambus, quē non recipit heroicū teste Quinti. in lib. i. de instit. orat. Verg. in Bucol. Omnia vincit amor, & nos cedere mus amori. & alibi. At tibi Tymbre caput Euandri⁹ abstulit ensis, hac licētia parce vtendū est, nam Seruius in illud. v. ænei. Cede deo dixitq; & prælia voce diremit, quę inqt vacat metri causa, & maluit perissologian facere q̄ vtī cōmuni syllaba, quæ frequēs vitiosa est, hinc Terētianus. Nec tāta in metris venia concedit vtī. hæc Seruius Errauit igit̄ Alexāder cum multis alijs, nimis sæpe hac licentia abusus. Min⁹ aut̄ vituperanda est, vbi syllaba in consonantē definit, q̄ vbi in vocalē. Vergi. ij. æne. Nostroꝝ obruimur, oriturq; miserrima cædes. non est (vt male putat Alexander) tribrachus sed dactylus. Iuue. sat. i. Et latum media sulcum deducit arena. ponit exemplū hoc Franciscus Niger, cui in Iuuenalē cum Calderino astipulat̄ Badius, Mācinell⁹ vero dicit ablatiuū et in antiquissimo libro pro glossula qui appositū esse. Apud Verg. iij. æne. eiusmodi syllaba prope heptemimerim pducit̄, in vocalē definit̄ post treis pedes. Dona dehinc auro graua sectoq; elephāto Imperat ad naues ferri. Serui⁹ ait. graua finalitatis gratia pducitur. sed satis aspere, nam in nullam definit̄ cōsonantē, vt Oia vincit amor &c. Nūc vt oia recte cognoscant, videamus quid sit Cæsurā, & quæ illius species. ¶ Cæsurā est sectio partē orationis finies, percussio n̄q; decorū reddens ictum, vt Oia vincit amor, vbi syllaba brevis (quia ppter cæsurā necessario quiescimus) vnū tempus lucrifacit, & pro lōga habet̄, vt iam dictū est. Cæsuræ etiā articuli dicuntur & græce cōmata. Cæsurarū species hæ sunt Pentemimeris, hemipētemimeris, Trochaica tertia, trochaica quarta, heptemimeris, Spōdaica, bucolica, de prima sat dictū est. Pentemimeris dicit̄ latine semiquinaria a pēte. i. quinq; & hemi. i. semi extrita aspiratiōe, vt in Philippus & Argyrippus, et meri diuisio quasi diuisio semiquinaria. Nam duo pedes & semipes qui vna syllaba constat faciūt dimidiū quinq; pedū, Si quis tñ velit per aspiratiōē & es, nō per is in fine pētemimeres nō pētemimeris scribere cū Aldo minime reclamauero. videto ip̄e aliqñ Aldū. ¶ Hemipētemimeris quasi dimidiū pētemimeris est, quū post pedē primū ma

Carminum Inuent

Cæsurā.
Cæsure
species.

Pentemi
meris.

Hemipēte
mimeris.

quotidie relegendo, ne existimer tamē hunc laborē refugisse, vt breuissime potero, heroici decorū perstringā. In subitanea re insur- Hæroici
gūt canore quinq; dactyli cōtinui veluti, Panditur interea domus decorum
omnipotentis olympi. De spondaicis dictū est & de cæsuris ¶ He breuiter p
roica maiestas in primis diligit pluriū in se ¶ suū implicationē quā strictum.
cathenā appellant. Ita vt ante tres aut quattuor versus, raro sensus
perficiatur. Tale est principiū tertij. ænei. Postq; res Asiæ Priamiq;
euertere gentem Immeritā visum superis, ceciditq; superbū Ilium,
& oīs humo fumat Neptunia Troia, Diuersa exilia, & desertas que
rere terras Augurijs agimur diuū ¶ Nōnunq; tamē pulcherrimū
fuerit, egregiā aliquam sententiā vnico versu cōcludere. veluti. Tan
tē molis erat Romanā condere gentem. Tantum æui mutare valet
longæua vetustas. ¶ Venustum & mentosum est repetere ali
quando dictionē in hunc modum (verum semper meminerimus
nihil esse odiosius affectatiōe) Sequit̄ pulcherrimus Astur, Astur e
quo fidens. Ardētia lumina frustra, Lumina nam teneras arcebant
vincula palmas. Sic Persius. Tum vetule auriculis alienis colligis
escas, Auriculis quibus & dicas cute perditus ohe. ¶ Neq; indeco
rum est illud si parce fiat, Multa super Priamo rogans sup Hecto
re, multa. ¶ Quid illud nonne vehementissimum Tu spes. nunc
vna senectæ. Tu requies miseræ, decus imperiūmq; Latini. Te pe
nes. sic. Tu mihi quodcumq; hoc regni, tu scepra louemq; Concili
as. tu das epulis accumbere diuū, Magnā profecto vehementiā ha
bet cum gratia, vbi opus fuerit huiusmodi repetitio. ¶ Politissimū
censetur Heroicū, quod in principio habet spondæū non finientē
orationis ptem, sequentibus duobus dactylis in hunc modū. Defe
cisse videt sua nunc promissa reposci. ¶ Desinit pulchre in trissyl
labā, nec male in bissyllabā, durius aut̄ in tetrasyllabā pentasyllabā
q; dictionē, durissime vero in monosyllabā nisi enclitica sit, aut ani
malis nomē, aut nisi monosyllaba pcedat, vt. Procūbit humi bos:
&c. Obseruationes non semper reperies, nempe ex industria grauiſ
simi poetæ, negligētiores interim videri volunt, neq; em̄ vnus aut
alter nāuus dedecet corpus egregiū, longe plura reliqui grāmatici
afferunt. Nobis hæc paucula sufficiūt, reliqua ex ipsis poetis multo
copiosius q; ex grāmaticis percipienda, missa facimus.

Pentametrum carmen.

Pentametrum vult quinq; pedes, pes tertius esto
Semper spondæus, quartus quintusq; anapæstus
In reliquis spōdæus erit vel dactylus, vt vis.

duriffime in monofyllabā niſi enclitica ſit, quæ ad ſuperioris dicti-
 onis ſubſtantia p̄tinere videtur, aut niſi monofyllaba p̄cedat. Nec
 tñ quæ grāmaticis dura vident̄, poetę vſq; quaq; refugerūt, de om-
 nibus afferam pauca teſtimonia. Ouid. i. trifti. Interdicta mihi cerni-
 tur Italia. Mart. Dantur opes nullis nūc niſi diuitibus. Propert. Con-
 tactū nullis ante cupidinibus. Helena ad Paridem. Nec ſedco duris
 torua ſupercilijs. Martia. Protinus ingentes ſunt inimicitia. Propert
 tius in principio li. pri. Et caput impoſitis p̄ſſit amor pedibus. Idem
 Et veniant hederę ſponte ſua melius. Sic idem alibi ſępius. Tibullus.
 Fecit, & antiqs impoſuit larib⁹. Idem. cantat & ap̄plauſo tela ſonat
 latere, ſi idem iæpius. frequētiffime ꝑo Catullus vt ad auſ. lenā. Qd̄
 nec das nec fers ſępe facis facinus. Idē ad Corneliū Cuius ſit penitus
 nota fides anī & c. Mart. lib. ij. Delicia pp̄ſi q̄ fuerāt dñi. Et alibi. Nec
 volo qd̄ cruciat nec volo qd̄ ſatiet, ſic idē ſępius. Oui. li. i. de Ponto.
 Quo libet vt ſaltē rure frui libeat. Et lib. iij. Vix excuſari poſſe mihi
 videor. Et lib. iij. Spectarem qualis purpura te teget. ſic alibi non
 nunq̄. ſed longe rarius q̄; Catullus, Tibullus, Propertius, Vergi. in
 Coppa. Lilia vimineis attulit in calathis. Ibidem. Eſt hic munda Ce-
 res, eſt amor, eſt Bromius. In eodem. Et pendet iunco cæruleus cu-
 cumis. Idem fecit Plinius. vij. epiſt. Nunc Venerē effingat nunc Ve-
 neris puerum. Martia. Sunt hæc trita quidem Zoile ſed mea ſunt.
 ſic alibi ſępius. & Catul. Aut ſacere hæc a te dicta q; facta q; ſunt. To-
 lerabilia ſunt in fine duo monofyllaba Propert. lib. pri. Vni ſiqua
 placet culta puella ſat eſt. Ouidi. in. v. Trifti. Præmia ſi ſtudio conſe-
 quar iſta ſat eſt. Monofyllaba p̄ſeunte ſynalœpha frequēs eſt. Oui. Elegiarū
carmen.
 Et ſolum conſtans in leuitate ſua eſt. ¶ Pentameter verſus appo-
 ſitus hexametro, facit carmen elegiacum. Auſonius. Fortunam re-
 uerenter habe quicumq; repente. Diues ab exili progrediere loco.
 Totum poema Elegia dicitur, ab eleos. id eſt miſeratio, quia homi-
 num dolores, querimonia ſeu lamentationes, & aduleſcentulorū
 amores, hoc genere primū ſcribi cœperunt, poſtea etiam quecūq;
 aliæ res. Inuentor latet, docēte in arte poetica Horatio. Verſib⁹ im-
 pariter iunctis querimonia primū. Poſt etiā incluſa eſt voti ſenten-
 tia compos Quis tamen exiguos elegos emiſerit auctor, Grāmatici
 certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. ¶ Debet hexameter cum pen-
 tametro ſenſum concludere aut ſuſpēdere, ita vt in ſequētibus duo-
 bus penitus abſoluat̄, nec poſteſt dictio regens poni in pentametro,
 & recta in ſequente hexametro aut contra, id tamē non ſemper ob-
 ſeruatum video. Oui. v. Trift. Pone metum, valeo corpusq; quod
 ante laborum Impatiens nobis inualidumq; fuit, Sufficit atq; ipſo

Vult primus, quartusq; & quintus, tertius autem
 Dactylus, ipse locum ſumes ſpondęe ſecundum.
 Hoc carmen poſt treis verſus ſibi iungit Adonis
 Metrum. quod ſic fit ſpondęum dactylus anteit
 Verſus Sapphicus conſtat trochæo, ſpondęo, dactylo, duobus tro-
 chæis. veluti. Vt queant laxis reſonare fibris, Scande. Vtque, ant la-
 xis reſo, nare fibris. hic, fibris trochæus eſt per regulã. Vltima cuius-
 q; eſt cõmunis ſyllaba verſus. Nomen habet a Sappho puella pri-
 mũ hoc genere apud græcos uſa. hoc carmen citra pentemimerim
 duriuſculũ eſt & pene claudũ. id tamen elegantiffimi auctores non
 ſemper reſugerunt. Horat, Mercuri ſacunde nepos Atlantis. idem:
 Quem virum aut hero a lyra vel acri &c.

Tu cauebis quantũ potes, verum memineris. Pũlchrũ corpus non
 dedecere vnum aut alterũ næuulum. ¶ Huic carmini poſt treis
 verſus, addes vnicũ verſum Adonium ſiue Adonicũ, ſic dictũ ab
 Adone puero, vel ab Adone, inuẽtore, qui conſtat dactylo & ſpõ-
 dæo. hinc fit reſreſſio ad Sapphicos, Scribimus hoc genere deorũ
 laudes, amores quoq; & alia multa. Horatius ad Fuſcum.

Integer vitę ſclerisq; purus. Non eget Mauri iaculis nec arcu
 Nec venenatis grauida ſagittis. Fuſce pharetra.

In Adonico fere ſemper ſenſus concluditur. id tamen Horat. aliq;
 non ſemper obſeruant. Horatius. li. ij. car. ad Groſphum Te greges
 centum ſiculęq; circum Mugiant vaccę, tibi tollit hinnitum Apta
 q̄drig? eę. te bis aphro, Murice nũctę, Veſtiũt lanę mihi pua rura &c.

Phaleucium carmen.

Quum faciẽs carmen quod cõpoſuiſſe Phaleucus
 Dicitur, in prima ſpondęus erit regione,
 Dactylus inde datur, triplicẽ cui iunge trochæum.

Phaleucius verſus cõſtat ſpõdęo, dactylo, & tribus trochęis, qui ſine
 pẽtemimeri mãcus eſt. licet aliĩ interim licẽter repies, veluti apd Ca-
 tullũ. Nec ſeſe a gremio illius mouebat. ſic alibi ſępius. id tu cauebis,
 qa Auſoniũ ait. Iſtos cõpoſuit Phaleucus olim. Qui pẽtemimerim
 tenẽt priorẽ. Scande. Iſtos, ſpõdęus, compoſu, dacty, it pha, leucus
 olim, tres ſunt trochæi. Catul, Paſſer delicię meę puellę. hic vltima
 torripit, qa vltima vſus eſt cõmunis. plura videbis in qũto libro:
 Nomẽ accepit a Phaleuco inuẽtore, qui etiã Phaleucius dicit a Te-
 rẽtiano dicẽte. Hoc Cereri metro cãtaſſe Phaleucius hymnos Dicit,
 b iij

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

hinc metrū dixere Phaleucion istud. dicunt Phaleucij versus hende-
casyllabi, q̄a sine synalœpha & ellipsi, vñdecim syllabarū sunt. Scri-
bimus hoc genere epigrāmata &c. Nunc quia de synalœpha & eli-
psi sæpe meminimus, nec sine eis versus plerūq̄ metiri possumus
tempus est de his quāta possumus maxima diligentia, differendi.

Ellipsis & synalœpha

M. necat ellipsis ceu vocalem synalœpha

Dictio dum sequitur quæ a vocali incipiat.

Ellipsis.

Ellipsis est m. litere cum sua vocali detractio, absumptio vel inter-
ptio, q̄ties dictio aliqua in m. literā desinit & dictio seq̄ns a vocali su-
mit exordiū, vt in hoc epitaphio Virginij Rufi disticho, apud Plin-
niū lib. viij. episto. ad Rufonē. Hic situs est Rufus pulso qui vindice,
q̄ndā Impiū asseruit nō sibi sed p̄riē. Scāde impi, asseru, &c. Persi. in.
ij. Sat. Impello expungā nāq̄ est scabiosus et acris Bile tumet. sic lege
non, nā vt fecit Gæor. Val. Placēt. li. ij. ca. xxxvi. & apud Iuuenalem.
Sat. ix. Viuendū recte quū p̄pter plurima, tū de his P̄cipue causis,
ita hñt emēdatiores libri, non tū his vt in hñc poetā notauit doctis-
simus vir Badius. Eteñ vetustissimi tm̄ et nimitū illoꝝ amatores m.
nō interimebāt. Ennius. Insignita fere tum milia militū octo. Duxit
delectos, bellū tolerare potentes. sic Prisci. sic hñt Gæor. Val. li. xxxi.
Alij tñ forent, p̄ fere, alij duo milia hñt. sed hæc lectio videt̄ aptior.
difficile est certe in poetis q̄ interciderūt verā lectionē hariolari. Lu-
cret. li. i. quantū Corpore in plumbo est tantundē pondere par est.
ibidem. Corpore officiū est, & alibi. Corpore oīno sensum pars so-
la tenere, sic idem sæpius quod imitandū non est, quia iam exoletū,
nam quod Ausonius ait. Post m. incisum est puto sic nō tota vide-
tur, excusatur quia m. hic nuda litera est nulli vocali annexa. Gæor.
Val. lib. xxxviij. ca. xxxvi. putat Catullū non interemisse m. in so-
spitem, quū dixit in Argonaut. Sospitē ereptū se ostēdit visere por-
tum. Ceteræ emēdatiores libri hñt cōiunctionē sensui satis necessariā
Sospitē et ereptū &c. Vt aut̄ in hac re veteres nō secuti sunt Vergili⁹
& Ouidius cum ceteris iunioribus, ita nec in eo q̄ veteres. s. literam
interemerūt, nisi forte rarissime. nos v̄o. s. nunq̄ absumemus. Luci.
li. i. Sat. Quē neq̄ Lucanis oriūdi mōtibus capri. Sueuius apud Ma-
crobiū. ij. Satu. Dissuerē nouos fructus mortalibus dātes. Catull⁹
in vltio operis sui versu. Affixus n̄is tu dabis suppliciū. Lucret. li. i.
Nam fierē iuuenes subito ex infantibus puis, sic alibi sæpissime, vt
apud vetustiores oēs, q̄d vt durū, posteritas repudiauit, nisi in pau-
cis, nos aut̄ s. nusq̄ absumemus. Hora. Regis opus sterilisq̄ diu pa-

M. nō in-
terempta

S. interem-
pta.

Verificatioe Liber

Verificatioe Liber
M. nō in-
terempta
S. interem-
pta
Synalœ-
pha est vocali detractio, q̄
q̄ties ea incipiat, vt Sera

lus aptaq; remis. Māli⁹ li. ij. Taurū Cytherea tuet. Formosos Phœ
 b⁹ gemios, Cyllenius cācrū, Cic. in Arato. Puluerulētus vti de terra
 lapsus repēte, Scāde mōtibu, mortalibu, &c. Aliquādo inueniūt cum
 sua vocali interimi. Verg. Hic Hāmone fatus & rapta Garamātide
 nymf, hanifi mēdose legaī pro rapta et Garamātide nympha. Mar
 tia. Sardonichas, smaragdos, adamātes, iaspidas vno. Sunt tamen
 q; velint secundā corripī in smaragdos, q; interdū d. liq; scit, vt aiūt.
 Iuue. Dispositis p̄diues hamis &c. Verg. aut ouitū fœtus aut vrentes
 culta capellas. Scāde. Aut ouitū fœtaut. Vidi tamē libros in q; erat
 aut fœtus ouitū. Idem lib. xij. Inter se conīsse viros & decernere ferro
 scāde. viret, ita multi legerūt, quos seqtur cum Prisciano Sulpitius,
 sed in hūc, ait Seruius, vera & antiqua lectio est cernere, Nam Ver
 gilius imitatus est Enniū, apud quē cerneī pro decernere capiūt, quū
 dicit. Ollī cernebāt magnis de rebus agētes. Idem ferro nō auro vi
 tā cernamus vterq;. hęc Seruius. In eadē est opiniōe Seneca in epist.
 I viij. legens cernere non decernere. vtriq; suffragat Politianus, qui
 bus libenter astipulor, quia cernere pro decernere etiam ap̄d Catul
 lum est. Certe ego te in medio versantē turbine leti Eripui. & potius
 germanū amittere creui Q; tibi fallaci sup̄remo in tempe deessem.
 Plautus in argumēto Amphitryonis. p̄ patria Amphitryo dū cer
 nit pro hostibus habitu Mercurius ei subseruit. Sose. hic cernit pro
 decernit & certat sumit. Cato. Successus indignos noli tu ferre mo
 leste Scandē. succes sindignos. Idē. Quod nosti factū non recte noli
 silere. scandē, noli ilere. Vbi. s. in principio dictiōis abijcit, quod ap̄d
 veteres nusq; notauit, ideo Mancinellus vtrūq; mēdosum putat, sic
 restituēs Successū indignū noli sufferre moleste. Qd nosti factū nō
 recte non sileat. S. igit veterū more nunq; interimas, nisi antiquissi
 ma transferas e græco idq; vix concessero. Politianus tamen non
 abstinuit, vt antiquarius haberetur. ¶ Ellipsis cum i. in secūda syl
 laba vel cum e ellepsis, interpretat̄ detractio. ex ex & lipo vel lepo.
 i. desero, deficio, linquo, dicitur etiam ecthlipsis vel ecthlepsis cum c
 exili & th aspirato. i. expressio v̄pelisio, ecthlibo. i. exprimo, elido, ex
 cudo. ¶ Scansio (quia de ea sæpe loqmur) est legitima metri in sin
 gulos pedes distinctio, sic dicta, q; p̄ pedes veluti scalar; grad; scā
 dētes incedimus, ita dicūt. Diomedes, Priscianus, & oēs deniq; grā
 matici. Ne dicas cū idoētis scādīsā. sed tps ē vt desynalepha dicāus.

Synalœpha.

Synalœpha est vocalis detractio, quotiens in eam dictio desinit &
 sequens ab ea inchoatur, vt Sera nimis vita est castina viue hodie.

Cernere
 dec. rneī.

Ellipsis.

Scansio.

Deformes rugis vetulę gelidique senesque, quia superfluum est in utroque ultimum que. Sed queret hic quępiam, nonne hoc excusat poetica licentia: Nam poetę plerumque aliquid pro supplemento versus addidisse comperitur. Verg. i. æne. Multum ille & terris iactatus & alto, ille teste Seruio, vacat positum, ut stet versus. In eodem libro, Mista quoque & bello passus. hic ait Seruius, duas coniunctiones separatas naturaliter non coniungimus, nisi metri necessitate, ergo vna vacat. sifia sepe notat Seruius, sed si caute respexerimus, vix repiemus quicquam in Vergilio penitus supuacaneum. Vitabimur itaque supfluas coniunctiones, & queruis inania verba parumque ad rem pertinentia. Polysyntheto & asyntheto si res expostulat, recte utemur, sed polysyntheto rari. Verg. Parnaque Sylvanumque senem nymphasque sorores. Idem Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros. Obseruandum quoque est Seruii documentum in illud æne. i. Vis superum sive memorum lunonis ob iram. hic ait Seruius, inuenies sepe per actiuis passiuam posita, ut pictis bellantur Amazones armis. aut contra ut. Populatque ingentem farris aceruum. hæc variatio vel potius contrarietas, reperitur in alijs partibus orationis, ut sit nomen pro adverbio, ut hoc tunc omnipotens celo descendit ab alto, pro huc, sic in participio, ut. Et qua vectus Abas. i. qua vehebat, & in nomine. ut hic memorum non que meminere sed que in memoria erat. hæc nos imitamur, sed noua ad illorum exempla non formamus, hæc Seruius, quę sunt valde contra eos qui maiori licentia abutuntur in libello, que Vergilius in tota æneide. Non sum adeo obtusus, ut nesciam poetas mista licenter dixisse, veluti Vulcanum pro igne, Venerem pro amore, abietem pro tabellis, pocula acheloia, pro quibusuis aquis, raucum clamat, pro rauce, Pars secant pro secat, vos Calliope aspirate, pro tu calliope, teste Seruio, de hoc tamen in syntaxi diximus, & ipsa prænest, quia intelligitur illius appellatiuum. Cybelle pro Cybele, & id genus alia que plurima, quorum quedam nunc Veneri dicuntur. Non tamen licet usque adeo licentiam protendi quasi liberum sit, cuiusque scriptori, relictis grammaticę præceptis omnia pro voto confundere, Etenim (ut ex pulchro Seruii præcepto didicimus) in licentia magis inuentis que inueniendis utimur. Ex dictis liquet multo liberio rem esse in loquendo poetam que oratorem aut historicum. quod ostendit Quintilianus in lib. i. de instit. orat. Auctoritas ab oratoribus vel historicis peti solet. Nam poetas metri necessitas excusat. hæc Fabius. Quidam grammaticorum contemptores, volunt omnia sibi licere, omnia iudicio aurium pensiculant, ex auctoritate Gellij. Verum hi vehementer errant, nam solis doctis auribus mos gerundus est. Doctę aures sine noticia grammaticæ

Exundantia metri gratia.

Licentia poetica.

Aurium iudicium.

men non inuenuste interserent. Vergi. Caua tempa ferro Trañcit. I nunc & verbis virtutē illude supbis, sic apud oēs alios parce insper sos cernes. Hęc igit̃ iam dicta vitia fugiēda sunt, non tamē adeo qñ interdū afferant elegantiā & iucunditatē carmini. Nam vt Diome des ait) plærūq; etiā nimix artis opinio fugiēda est, & interponēda simplicitas rudis atq; imperitæ dictionis, non propter hoc solū, q̃ in oibus rebus nimitū lenociniū odio dignū est, sed q̃ plærūq; acri bus sensibus maior iucūditas. si naturaliter proferat. Semp̃ eupho niā inuigilandū est. quia (vt idem auct̃or inquit) euphonia in dicti onibus plus interdū valet q̃ analogia vel regula p̃ceptorū. ¶ Ser uius in illud ene. iij. Progredior portu classes & littora linq̃ēs, ait. Fi nitus est versus p̃ticipio, qđ raro fit apud latinos, apđ gręcos est vi tiosissimū. hoc p̃ceptū Seruij nullo modo verū est. Nam q̃ vitio sum est apud gręcos, nescio, certe apud latinos est frequentissimū, neq; est aliquo modo asymphonia vel Cacophaton, hoc est incō sonantia, aut malus sonus. Verg. Herbas contundit olentes. Et sum ma papauera carpens. Syluasq; sequentes. Suaue rubenti. lamq; vi denti. Vidi cum matre legētem, Sub nocte canentē. Sub rupe iacen tem. Et grandia lilia quassans. Cui prima frementē, lam brachia cō trahit ardens. Glæbasq; iacentes. Syluamq; sonantem. Lapidēq; re uertēs. Retinacula tendēs, sic idem alibi persepe. sic Catullus, Ouidi us, Propertius, Horatius, cæteri q; plus millies, ideo Seruiū hęc di xisse vehementer miror. Ridicul⁹ nimis est in multis Alexander vt in xij. li. siue (vt Alexādrinis placet) cap. vbi fatue sic p̃cepit de Sy nalœpha & Ellipsi. Viles sunt istæ præ cunctis et remouendæ. Etem Alexādrilicet hæ figurę videri possunt duriores, tamen vbi aut languorem, erratū in indicamus, aut rem tardiorē, vel magnā, plurimū venustatis affert. synalœ Verg. Monstrū horrendū informe ingens cui lumē ademptū, non pha & elli potuit melius Polyphemi mōstrositas. pictura indicari q̃ hoc vsu. psi.

Idem nec dum etiā irarū causæ sc̃uicq; dolores Exciderāt. Magnam igitur grām habet hęc collisio, vbi hiatu & magnifica p̃latiōe opus est. siquidē (vt Cicero ait) habet ille tanq̃ hiatus & concursus voca lium molle qđdam, & qđ indicet nō ingratā negligentia, de re hois Ellipsis. magis q̃ de verbis laborantis. ¶ Ellipsis & Synalœpha, duriores sunt in principio versus a monosyllaba incepti, sed poetę nō semp̃ refugeit. Tu studeb̃ vitare quantū potes. Qui ipse sui nati minxerit in gremiū. Hor. Nam vt ferula cędas meritū maiora subire Verbe ra nō vereor. Martianus Capella. Quę istorū laudes p̃tulit harmo nia. Idem apud alios quo q̃ sed p̃ce inuenies, ideo rarissime imitare, monosyllabæ nāq; interēptio nuncq; bene sonat. Itē duriuscula pu

absumitur. nisi tam parce in tanto opere, vt ea que nunc subijciam vbi vocalis correpta naturaliter non adimitur. Vergi. i. æne. Et vera incessu patuit dea, ille vbi matrem. Catul. Saltū laudemus, dum modo ipse egeat. Emendatiores libri habent, dum tamen ipse egeat. Vergili. æne. ix. Rumpe moras omnes turbataq; arripe castra, hæc tria testimonia adduxit Mancinellus, cui in vltimo astipulatur Nicolaus Ferretus repræhendens eos qui legunt, Rumpe moras omnes, & turbata arripe castra. quia ignorant (inquit) illud a Seruio dictum in .ij. æneid. vitiosum esse cæsura cadere in Synalœpham. Etiam ignorant q; coniunctionem communem esse tam sequente consonante q; vocali, vt ait Seruius in tertio æneid. Liminaq; laurusq; dei. Ouidius. Et bis Io Arethusa Io Arethusa vocauit. Claudianus. Tum vaga humorum grauitas. &c.

O & heu.

Heu o non perimes, at o interdum breuiabis.

Vbiq; vocales integræ sunt dictiones nunq; mutantur ante vocalem, teste Sulpitio, vt. i. e. &c. Ego tantum testimonium inueni de o aduerbio & interiectione, & ferme producitur. vbi est vocandi aduerbium, interdum corripitur. heu quoq; non interimitur sed semper producitur. Tibul. lib. ij. O ego ne possem tales sentire dolores. Ouid. in Epi. Penelopes. O vtinam tunc quum Lacedæmona classe petisset, Obrutus insanis esset adulter aquis. Horat. Tonsorilycino comiserit o ego læuus. Idem. O & presidium & dulce decus meum, asclep. est. Propertius lib. iij. Egerat a stabulis o Erythra tuis. Ouid. xij. Meta. O & de Latio, o & de gente Latina, Præcipuum matrona decus. vbi etiam in latio, vocalis vltima sine interemptione perstat. Vergili. in buco. Te corydon o Alexi, trahit sua quemq; voluptas. Propertius libro secundo. Tu quoq; o Eurythion vino centaure peristi. Ouidius Fasto. tertio. Heu vbi pacta fides, vbi quæ iurare solebas. Papi. libro quinto Theb. Heu vbi nunc furia. Idem licere puto in hei & ah si opus fuerit.

Vocalis ante vocalē in eadem dictione absumpta.

Vocalem perimunt plerumq; in nomine eodem,

Sic Maro docte refers, aluearia vimine texta.

Synalœphasit nonnunq; in eadē dictione. Oui. Notus amor Phædræ, nota est iniuria Thesei. sed tunc synæresis potius dicitur siue episyne. Episyne nota est conglutinatio duarū syllabarū in vnā facta, vt pāthus loephasis. loepha, q̄ est conglutinatio duarū syllabarū in vnā facta, vt pāthus loephasis. p pāthous. Episyne i. cōiūgo. synæresis. i. cōplexio v̄ cōtractio. Synæresis. a syn. i. con, q̄d coniūctionē indicat, & hæresis diuisio, quasi diuisio

vbi etiã hypermeter est & scandit Aureus. aura Quex humeris &c:
 Verg. Ferreiq; Eumenidũ thalami & discordia demēs. Petrarca li.
 v. aphyricæ. Dum subterraneo tremuit pia Roma tumultu. Verg. i.
 ænei. Atria dependēt lychni laquearibus aureis. sic plũbeus & simi-
 lia inuenies. Fit idem in nõnullis alijs. Verg. iij. Gæor. Seu lento fue-
 rint aluearia vimine texta. Tibul. lib. ij. Rure leuis verno, flores apis
 ingerit alueo. Compleat vt dulci sedula melle fauos. hic ē apis pro
 apes. Claudii. Theodosius priuatus adhuc. Lactãtius. Duodecies vn-
 dis irrigat omne nemus. Vergi. Fixerit acripedem certuã. non potest
 esse proceleumaticus contra multos, quia aer primã producit. Acri-
 pes. i. leuis quasi aereis pedibus. Dicitur quoq; ab æs cripes. i. æreos
 pedes habens, sic volunt sumi apud Ouid. in epist. Narrat & æripe-
 des Martis arasse boues. Marcus manilius lib. ij. Duodecatemoriũ
 constat bis senaq; cuncta. hæc parcissime imitabimur, & tum carmẽ
 etiã exornabũt, vti quod nõc subijcio. Prop. lib. iij. Eosdem habuit
 secum quibus est elata capillos. Eosdem oculos, lateri vestis adusta
 fuit, mēdosi codices habēt hosdẽ hoc non cõsiderantes. Tortellius,
 Sulpitius, & multi aliĩ secundã in ablatiuis eodẽ & eadem dixerunt
 aliquãdo corripit. mecũ est Gæor. Valla lib. xxxviij. ca. xi. sed dictos
 versus Propertij (e quibus opinio nostra omĩno probatur) Gæor:
 nõ ponit, meũ est hoc vt alia plurima. Vergi. in buco. Vno eodẽq;
 igni sic nostro Daphnis amore. Idem ene. xij. Vno eodẽq; tulit p̄tur-
 paribusq; reuinxit Serpentẽ spiris. Et alibi. Vna eadẽq; via, sanguis-
 q; animusq; sequũtur. Proper. li. i. Hoc eodẽ ferro stillet vterq; cru-
 or. Idem lib. iij. Hac eadẽ rursus Lygdame curre via. Calphur. eglo.
 iij. Rupe sub hac eadem quã proxima pinus obumbrat. Cato. Nõ
 eodẽ cursu respõdent vltima primis. Hos auctores poterimus p̄ce
 imitari, quia p̄ce vsi sunt, vt qđ diximus alibi de tenuis. Lucr. Mittũt
 efficies quoq; debēt mittere tenuis. Idem. Tenuis em̄ mens est & mi-
 re mobilis ip̄a. Rufus Festus in arato. Tenuia & angusto lumẽ iacet
 ore p̄ thrã. Sta. Obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu. vbi p̄pter
 tot breuis duæ vocales abijciũtur, qđ rarissime repies nisi sit diph-
 thõgus. Serenus. Ebibe seu salibus piper adde & tenue cuminũ. Syn-
 n̄resis in ijs quæ om̄ibus licent in lectione sequẽti docebitur.

Acripes:

Synæresis nulli vitanda.

Om̄ibus ista licet huic. cui, dñ, dñs, quoq; dehinc, dein
 Proin, deest, semianimis, put, deorsum p̄hedere, seorsũ,
 Sic ñ, sic ñsdem, quædam diuisa leguntur.
 Vergi. Huic coniũx Sichæus erat, In hoc & in cui, est consonã, te

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

- Huic.** stibus Sulpitio & Hebrissensi, ex Prisci. huic interdū dissyllabum est Sido in. iij. panægyrico. Assurrexit huic, coxit quæ torridus aufer. Pius Baptista in hunc locū ait dispesci quādoq; bipertileq; vocē fieri huic. Priscia. auctor est Papiniano testimonio. Serus huic voto videat dare thura nepotes. sic legit recte Pius, licet vulgus grāmatorum legat, Letus huic dono videas dare iura nepotes, Papi. in syluis Falsus huic pēnas &c. Rufus Festus. Finis huic gades septenarq; gurgite vasto. ¶ Vergi. Cui pendere sua pateris in arbore pomæ sic composita. Ouid. iij. Trist. Cur quoties alicui chartæ sua vincula dempsi. Hora. Non cuius homini cōtingit adire Corinthū. diuidit interdum. Albin⁹. Ille cui ternis capitolia celsa triumphis. Manilius lib. iij. Sic erit & sedes fugiēda petenda cuiq;. ¶ Oui. ix. Meta. Dī melius, dī nempe suas habuere sorores. Verg. Dīs aliter visum. In prosa sunt dissyllaba ex singulari dius, vnde est mediū sidius. nam syneresis ppter carmen solū inuēta est. nec extra carmē duæ vocales in vnam syllabā contrahunt nisi per diphthongō. quæ in dī & dīs nulla est. aliud est de bini bigæ, quia hic vocales quædā penitus extritæ sunt, quæ vt non pferuntur, ita nec scribuntur. nam integra sunt biuni bīugæ, neq; simile est de huic & cui, in quibus propriæ syneresis nō est, sed naturaliter monasyllaba sunt, vt dūs ei in qbusi consonas est, vt in huius, cuius, eius. Ei tñ ad differentiā interiectiōis (vt Priscia. ait) sæpe est dissyllabū. Catullus de Emylio. Non (ita me dī amēt) quicq; differre putauī. hic dī rectius est dissyllabū. scđo i interempto. dei & deis scđm rectā declinationē sepe legunt, vt in declinationibus declaramus. ¶ Iuue. Sat. xv. De hinc clamore pari cōcurrēt & vice teli Sequit nuda manus. sæpissime dissyllabū est. Sil. lib. vi. dira dehinc in bella ruit. & li. x. Fama dehinc gliscēte sono iā sidera adibat. sic leges in Pap. Verg. Hor. Auieno cæterisq;. ¶ Dein. cum suis, deinde, deiceps. Verg. Expiar, tu deinde iubeto certet amyntas. Hor. Redde age q̄ deinceps resisti. ¶ Proin vñ proinde. Verg. Proinde tona elo go. Deest sic deerā dees, deero deessem deesse &c. Sil. li. vi. Nec cernerē deerat frustra seminecū querētia lumina cœlū. Mar. li. viij. Sint Meccenates nō deerūt, Flacce Marones. Luca. li. iij. Non deest plato ieiunus venditor auro. Idē. Quiq; fluat multo nō deerit corpe sanguis, sic Verg. Oui. ceteriq;. ¶ Semianimis, semihō, semiūcia, semiermis &c. in qbusdā i ne scribit qdē, nam semiūcia sepius lego q̄ semiūcia. Ver. semihōis Caci facies quā dira tegebat. Oui. Frigidior glacie semianimisq; fui. Idē semiustāq; facē vigilata nocte viator. Sil. xij. Semiermēq; manū sternendā obiecerat hosti. sic filia inuenies plima. Prout apđ Hor. legi, & qad vt scādatur prut, quad. sic

Veritate
Li
Deore
demo
monof
diphtho
vtrūq; collat
Necis
pater huc
quædā A
mora iam
Diere
vis tu nosce
duplex fit
trifly
duas dia
per tres syllab
cellana est d
dictio ni
requis v
retin
locus Ju
be fin
op
p
Te
te
custe
velia
Nunc m
cū mē
non po
not
sol
conic
Canillus
epist
sunt a
ne
quand

meip̄m teip̄m anteit p̄it. Deorsū, seorsum in Lucre. sunt frequentia. in alijs nō inueni, ap̄d eundē deerro deerras. v̄bū primę sifr p̄ syneresin p̄ferē. hui interiectio monosyl. ē teste Nicolao feretto. ¶ Prehen- do tā notū ē vt extrita diphthōgo. p̄ndo scribat. ij, ijs, idē, ijsdē p̄r declinata. Ver. lidē vētuos tollem⁹ in astra nepotes. fecit id in femi- neo gñe Philel. in q̄rta q̄rtę. Nescis q̄bus eę flagrātibus ardēt. bestio- lę flām̄is. Oīa iā dicta p̄ter huic, cui, in p̄sa vocalibus diuisis, p̄ferunt et in carmie si opus fuerit quicq̄d Alexandrini et alij q̄dā garriūt. hęc est mea opinio. rō mea iam satis liquet, vbi de dij & dijs loq̄mur.

Diæresis.

**Scandere si bene vis, tu nosce diæresin apte,
Ex vna per quam duplex fit syllaba semper.
Sic syluæ Vates lyricus trissyllabon effert.**

Diæresis est vnus syllabę in duas diuisio, vt syluę dissyllabū est sed Vates lyricus. Horati⁹ per treis syllabas syluę dixit, ideo notitia hu- ius figuræ ad scansionē necessaria est diæresis. i. diuisio, diæreo. i. diui- do. Nunc videamus in q̄bus dictionibus sæpius est diæresis. Ergo i& u p̄positæ in eadē syllaba reliquis vocalibus, vel etiā sibi, conso- nantes efficiunt, nec vocaliū vim retinēt, ideo diphthongū non ef- ficiūt vt Ianua, seivnus, traicio, locus, Iuppit. r, vanus, Venus. vintū voueo. vult interdū tamē per diæresin vocales efficiūtur omanino licenter nusq̄ nisi parcissime in tanto opere id imitandū est. Plautus in prologo Asinariæ. hoc agite sultis spectatores nūc iam, v̄sus est Iambicus trimeter, in quo iam dissyllabū est, quod ap̄d alios nusq̄ inueni. Verg. iam noua p̄genies &c. Terēt. in And. Sine inuidia lau- dem inuenias & amicos pares. hic teste Prisciano, Inuidia pentasyllabū est. versus Terentiū est Iambicus trimeter, cuius primus pes est tribrachus, nec aliter stare posset, vt li. i. dicit Priscianus. Hor. in Epo- do. Niuesq̄ deducunt Iouē. Nunc mare nūc syluæ. hic teste eodem, syluæ trissyllabū est. namq̄ dimetrū iambicū est, coniunctū p̄temi- meri heroicæ. q̄d aliter stare non potest, nisi syluæ trissyllabon acci- piatur. Soluit (vt idem auctor notauit) trissyllabū est in hoc Phaleu- cio Catulli ad passerē, Q̄ zonā soluit diu ligatā. Subiungā ipse plu- ra huius rei testimonia vbi u consonās fit vocalis. Oui. Nūc quoq̄ te saluo persoluēda mihi. Catullus de coma Berenices. Condita q̄n- veri pectoris euoluā. Ouid. in epist. Debuerant fusos euoluisse suos

¶ Hęc de soluo & voluo sunt admodum frequentia Catullo, Ti- bullo, Propertio, Ouidio, ideo non prohibuero si parce admiseris
¶ Secundo u post g. & s. quando q̄, & post q̄ semp liquefcit. id est

li ijdem
ijdem.
Eæ.

I & u. vbi
vocales
vbi cōso-
nātes sunt

Iam.

Inuidia.

Syluæ.

Soluit.

Euoluo. u
liquidum

duas Iason, Iesse, Ioseph, Iacob, Ionas &c. Afferā nūc de pluribus te Iason:
 stinonia. Oui. viij. meta. Pelle moras tibi se sp̄ debet Iason. Hora. Iambus.
 in arte. Syllaba longa breui subiecta vocat Iambus, Baptista Man- Iaspis.
 tuanus. Multa sinus et colla virēs ornabit Iaspis. Qđ si dicāt (vt sunt
 hoies cōtumacissimi & in puerſa opiniōe obstinatissimi) hos & sus
 esse sp̄daicos, p̄be illas bæluas irrifero & sibus, in qbus nihil subter
 fugij est. Hora. in Epodo, Ode. iij. Perūxit hoc Iasonē, iābicus dime
 ter. Sido. epist. ix. Ferox iābus & trocheus hætenus, iābicus trimeter
 In eodē li. Rarus iambo. & sus est adonicus. Mart. li. ix. Et p̄tium ma Iacobus.
 gnis fecit Iaspibus. Claudianus ad Iacobū magr̄m equitū. Per ci
 neres Pauli, p̄ cani limina petri, Ne laceres & sus dux Iacobus
 Valeat igit̄ Riga plurimor̄ erroꝝ fons in Luc. dicens. Alphei Iaco Ioseph.
 bus Thadde⁹, Bartholomeus. Iuuēcus. Aegyptū, cum matre simul
 transportat Ioseph. Idem. Vrget̄ monitis Mariā puerūq; Iosephus
 sic habēt emendatissimi libri, non Ioseph vrgetur &c. Vergi. i. ænei.
 Iulius a magno demissum nomē Iulo. vbi notabis i vocalē primi Iulus.
 tiui Iulus, esse versam in deriuatiuo Iulius in consonantē. quinetiā Iulius.
 ip̄e Hora. Iulus, dissyllabū ptulit per syneresin in li. iij. car. Ode sc̄da
 Pindar̄ quisq; studet emulari Iule cærat̄is ope dædalæ. Nititur pen
 nis vitreo daturus Nomina p̄oto. Tres Saphici sunt cum adonico.
 Idem cōtingit in Iudea & Iudæus, quia Iudas vñ hæc formatur he
 breū est, ergo trissyllabū, vt Aelius Nebriffensis docuit. Luca. Incer
 ti Iudæa dei, Hora. Vin tu Iudæis oppedere. Idem fecit Ouid. in noīe Iudæa.
 lazyx noīe populi, in. ij. li. Trist. lazyges & Colchi Metereaq; turba lazyx,
 Geteq; Danubij medijs vix phibent̄ aquis, vbi indocti per l. lazy
 ges legerūt. Val. flaccus li. vi. Increpat & stricto sic vrget lazygas en
 se, hic i vocalis est, notauit hanc rem in. iij. Plinij. Hermolaus barba
 rus, idem fit interdum in nomine Naias. Non damnarē itaq; Pru Naias.
 dentium vel Iuencū, nisi semper licenter protulissent Iesus. Nam
 inuentis parce vtendum est, similia fingere vix in maximo opere
 nisi parcissime licet. id cognosces si veterum monumenta diligen
 ter excusseris. Iapyx, iapix, iapis, iapetus. & alia quædam in medijs
 syllabis visuntur, aut in vocali ante vocalem, Iuencus. Dixit Io
 annes cui talia reddit Iesus. ¶ Hæc sunt mi Ioannes laurenti
 quę tibi dicata voluimus ob veterem nostram amicitiam, neq; em
 opinor Pyladen vehementius amasse Oresten, aut contra, q̄ ego
 te & tu me amas. Fungere nunc igitur amici officio, hoc est totis vi
 ribus libellos nostros defendito ab illiteratis canibus, Ego secundū
 librum aggredior, aspiret ceptis. Nazara cui foelix (vt Iuencus ait)
 patria est & nomen IESVS.